



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. De peccato irae, & quid sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

balant &c. attamen illa tandem accepit in virum iu-  
niorem Tobiam virum sanctum &c. Postremo quan-  
tum displiceat D E O inhonesta chorea, patet ex pu-  
nitione, nam Moyses saltantes coram vitulo interse-  
cit penè 23. millia, Exod. 32. & decollatio Ioannis  
Baptistæ, quo non maior fuit inter natos mulierum,  
Matthæi 11. prouenit ex saltatione pueræ, cui rex si-  
mulatum iuramentum tenuit &c. Sequitur autem  
ex huiusmodi saltationibus non solum mors animæ,  
sed etiam mors infantum, cum prægnantes mulie-  
res inter saltandum immodicè circumgyrantur, ita  
ut non solum nudi pedes, sed nescio quæ alia vi-  
deantur, & sæpè incident in infirmitates ob nimiam  
fatigationem & inflammationem &c. adde quod nec  
villarum regionum externarum saltatio turpior est  
quam Germanorum.

Marc. 6.

## CAPUT XIII.

## ARGUMENTA.

1. *De peccato iræ, & quid sit.*
2. *Quos gradus habeat & Christus notauit.*
3. *Damina quæ sequuntur ex ira.*



Rimò, ira est motus animi, qui se cupit  
ylcisci in alio, siue per verba ut conui-  
cia, blasphemiae, exprobrationes, aut fa-  
cto per vim, per vulnera, homicidium, &  
alia damna siue aperta, siue clancularia  
&c. Ideò admonet nos Apostolus Iacobus: sit omnis  
homo tardus ad iram ira enim viri iustitiam Dei non  
operatur, iustitia Dei fides, pax, timor, charitas &c.  
sed iracundus nec Deum timet, nec pacem, nec cha-  
ritatem vel amorem proximi habet. Homo igitur  
Christianus tardus esse debet ad iram. Est autem du-  
plex ira, iusta & iniusta. Iusta ira est sine peccato, & fit

M. M. 4

quando

quando contra culpam & peccatum fratris quis irascitur, non contra personam fratris: nam aliud est irasci fratri, aliud culpe fratris. Sic Moyses māsuetissimus & seruus Dei irasciebatur proiiciens in terram duas tabulas, & fregit, & occidit 23. millia hominū. Sed in peccatū idololatriæ sic exarist Exo. 32. Sic Phinees occidit virum & mulierē in actu Venereo cōtra p̄ceptum Dei, Num. 25. Sic Dauid nuncio irascitur, qui interfecit regem yncū Domini, 2. Reg. 1. & Helias propheta Sacerdotes Baal, tertio. Regum 18. Sic Petrus peccatum mendacij quod vir cum uxore comisit, Actorum quinto corrigit, & moriuntur &cāt. Omnia huiuscemodi facta sunt propter culpam, non fratrem aut personam. Corpora punita sunt & occisa, ut Spiritus viueret, si p̄enituerint corde, & fidem ad Dēm seruauerint. & sic inquit propheta, & Paulus Ephes. 4. Irascimini, & nolite peccare, id est, culpe irascimini, sed ita, ne ira grauior sit peccato, pro quo irascimur. In iusta autem ira grauissimum est peccatum, quando quis sine causa & veritate, ex detractione vel alio signo occasionem sumit, & irascitur per multos dies: & hanc maximē prohibet scriptura & Deus. Talis erat ira Cain aduersus Abel, Genes. 4. Talis regis Saul contra regem Dauid, 1. Reg. 18. Iustus igitur habet causam ex Zelo Dei, ne ipse irascatur, ut patet in Moysē, Phineas, Helias, & Christo ipso, cūm ē templo ejaceret vendentes &c. sed in iusta ira est grauissimum peccatum. 1. Ioan. 3. Qui odiit fratrem suum, id est, personam vel hominem, & non peccatum eius, homicida est &c.

Secundo, ira habet suos gradus & etiam grauitatem p̄enarum, secundūm gradus. Ita enim Christus tres ponit gradus iræ, Matthēi quinto: Audistis quia dictum est antiquis, Non occides. Qui autē occiderit, reus erit iudicio. Ego autē dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, scilicet occulte in corde etiam si